



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XI. Markgraf Ludwig verkauft und schenkt dem Kloster Zehdenick die Mühle in der Stadt Zehdenick, am 14. März 1340.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

X. Die Grafen von Lyndow verpfänden die Bede von 40 Hufen zu Woltersdorf an die Herren von Benz, am 7. Dezember 1326.

Nos Guntherus, Ulricus, Adolphus, Buffo, dei gratia comites de Lyndow, Recognoscimus publice in hiis scriptis, quod famulis nostris dilectis et fidelibus Ebellino, Henrigho, Richardo, frederico, fratribus, dictis de Benz, contulimus ac tenore presentium conferimus precariam quatuordecim mansorum adjacentium ville wolterstorp, iusto pendi titulo ab ipsis et suis veris heredibus perpetue sine quali perturbatione possidendam. Proinde dicti famuli nostri nobis Triginta et duas marcas Brandenburgensis argenti et ponderis dederunt, de quibus ipsos quitos et liberos dimittimus in hiis scriptis. Verumptamen si ante festum pasche proximum ultra ad duos annos memoratis famulis sepedictum argentum restituerimus, pretacta precaria nobis remanebit, velut ante fuit, Alias eadem precaria ipsorum erit, prout superius est expressum. In huius rei testimonium presentes litteras dedimus nostris sigillis roboratas. Datum Reppyn, in Octava sancti andree, Anno Domini M° CCC° XXVI° Presentibus testibus Arnolde de ykendorp, henningho de ghulen, militibus et pluribus aliis fidei constantia decoratis.

Nach dem Original im Besiß des Stifts Zehdenick.

XI. Markgraf Ludwig verkauft und schenkt dem Kloster Zehdenick die Mühle in der Stadt Zehdenick, am 14. März 1340.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi. Quod nos Ludowicus, dei gracia Brandinburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus reni, Dux bavarie sanctique Romani imperii archicamerarius, Vendidimus molendinum nostrum prope civitatem nostram Zedenik situm, cum supremo et ymo iudicio, ad idipsum debite pertinente, nec non cum singulis et vniuersis ipsius pertinenciis nobis in ipso competentibus, nec non donauimus et dedimus proprietatem ipsius molendini predicti, honestis et deodicatis matronis Abbatisse, Priorisse et Conuentui sanctimonialium loci prenotati pro Centum marcis argenti Brandenburgensis et ponderis, de quibus nobis plene satisfactum fore dicimus, sine impetitione qualibet possidendum, Reseruantes tamen nobis heredibus et successoribus nostris idipsum molendinum cum suis pertinenciis pro Centum marcis, nunc ab ipsis datis, et centum marcis prius etiam ab eisdem nostri nomine receptis reemendi, dum voluerimus vel voluerint, plenariam facultatem, annuentes ipsis ex gracia singulari, quod pro vsibus et necessariis ipsius molendini ligna competentia, dum ipsis oportunum fuerit, secare et educere valeant atque possint. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt nobilis vir Guntherus comes de Swarzburg, dominus Johannes de Buech, capitaneus noster dilectus, Henricus de Riffchach, curie noster magister, Beringerus helo, marscalcus, Albertus de wolffstein, officiatu noster, milites, Geriko wolf, famulus, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandow anno domini M° CCC° Quadragesimo, feria quarta proxima post gregorii.

Nach dem Original im Besiß des Stifts.